

constitutionibus cōtraria nō fuerint. Ad has autē electiones Rectoris & cōsiliariorū teneātur cōuenire oēs collegiales & etiā capellani maiores tantū modo: licet nō habeāt vocē ad eligendū, vt præfertur, sub p̄na amissionis vestuarij pro illo anno, exceptis absentibus pro negocijs collegij dumtaxat acijs, qui fuerint infirmi in collegio iuxta tenorem nostrarū constitutionū.

¶ De Tempore Rectoriæ & Consiliariatus. IIII.

STatuimus, & ordinamus, q̄ prædicta rectoriæ & cōsiliariatus officia sint annalia: & rector præcedētis anni nō possit iterum eligi in rectorē, nisi duobus annis elapsis à tēpore finitæ suæ præcedētis Rectoriæ cōputandis. Possit tamē eligi in cōsiliarium elapso anno post finitam rectoriam, cōsiliarius autē nō eligatur rursus in cōsiliarium nisi elapso anno post finitū Consiliariatus officiū possit tñ eligi in rectorem. Et Rector vel consiliarius præcedentis anni possit eligi medio tēpore in vicerectorem, vel vice cōsiliariū. Nolumus autē q̄ aliquis collegialium in primo vel vltimo anno suæ præbendæ possit eligi in rectorē vel cōsiliariū, nisi fuerit absens pro negocijs collegij. Et tūc nisi venerit infra quindecim dies, eligatur loco ipsius vicerector, vel viceconsiliarius seruata forma infra in cōstitutione de absentia rectoris & consiliariorum contenta. Qui quidem vicerector aut viceconsiliarius durante absentia sui principalis eandem habet potestatē, quā haberet idē Rector, vel cōsiliarius si præsens esset: & illis quindecim diebus antiquior collegialis exercent officiū Rectoris, & vt infra in alia nra cōstitutione cōtinetur.

¶ De absentia Rectoris & Consiliariorum & modo eligendi Vicerectorem & Viceconsiliarios. V.

STatuimus etiā, q̄ si propter aliquam vrgentem necessitatem rectori imminentem Rector voluerit se à collegio absentare, teneatur illam exprimere in claustro collegialium: & ab eisdem licentiā petere & obtinere, quā nō prætendat obtentā, nisi interueniēte consensu duarū partiū claustrī, sed post ipsius Rectoris absentiam primis quindecim diebus gerat vices Rectoris antiquior collegialis in ingressu, sedebitq; in loco Rectoris in mēsa, atq; in claustro. Si vero præfati rectoris absentia vltra quindecim dies protēderetur: prædictus antiquior collegialis Rectoris officiū exercens, immediate post prædictos quindecim dies sub p̄na priuationis portionis vnus mensis teneatur congregare claustrū ad electionem vnus vicerectoris. In cuius electione præcedatur, prout in electione Rectoris supra dispositum est. Non tñ ad hāc vicerectoris electionem oporteat congregare claustrū nisi semel, nec celebrari missam spiritus sancti. Electus vero in vicerectorem, habeat durante tempore vicerectoriæ officium, & dignitatem Rectoris absē

ris in omnibus & per omnia. Statuimus insuper q̄ q̄ diu Rector fuerit in opido extra collegium, vel aegrotauerit in collegio, ita q̄ propter ipsius absentiam, vel egritudinem, non possit ab eo faciliter licentia peti ad exeūdum, vel alia faciendū quæ sine ipsius rectoris licentia fieri, nostrarū tenore cōstitutionum prohibētur, pro tali licentia recurratur ad antiquiorem præbendam in ingressu, qui in domo fuerit. Item si consiliarius voluerit se absentare obtineat licentiam à Rectore, & det clauem suam antiquiori nō habēti clauem. Qui iuxta formam nostrarum constitutionum, per quindecim dies gerat vices ipsius cōsiliarij, quibus finitis eligatur alius vicecōsiliarius iuxta formam eligendi consiliarios superius annotatam. Et ad hāc electionem teneatur statim Rector conuocare, & tenere claustrum sub pena duorum florennorum archē collegij applicandorum.

De uocatione præbendarum, & electione collegialium. VI.

STatuimus & ordinamus, q̄ cum aliqua præbenda nostri collegij vacauerit, Rector infra triduum teneatur in refectorio post mensam denunciare vacationem illius præbendæ sub pæna priuationis ordinariæ portionis vnus mensis, quam soluat collegio in pecunia, ne propterea cogatur abesse a mensa, facta autem prædicta denūtiatione vacationis, nulli collegialium liceat à collegio se absentare donec fiat electio ad præbendam vacante, sub pæna vnus vestuarij, vel eius à estimationis, nisi virgēte aliqua euidente necessitate, & de licentia Rectoris, nec alteri possit committere vices suas, & eadem die denūtiationis teneatur Rector conuocare, & tenere claustrum ad tractandum an expediat mittere cedulas, ad alias vniuersitates, an non, & si tandem visum fuerit eas esse mittendas, tunc infra alios tres dies proxime sequentes mittantur prædictæ cedule consignatæ per præfatos Rectorem, & consiliarios, continentes vacationem ipsius præbendæ, quæ affigantur in valuis scholarum ipsarum vniuersitatū, vt volentes se opponere possint conuenire ad se opponendum infra tempus triginta dierum, à die prædictæ denūciationis vacationis ipsius præbendæ computandorum. Completis vero præfatis triginta diebus teneatur denuo Rector infra alios quindecim dies immediate sequentes, duabus vel tribus vicibus conuocare & tenere claustrum ad diligenter inquirendum de vita & moribus, ac sufficientia oppositorum, & ad eos examinandum pro vt præfatis Rectori & collegialibus visum fuerit. Et quilibet collegialium teneatur dicere ea quæ obstant, receptioni ipsius eligendi iuxta ea quæ in his nostris constitutionibus continentur, sub pæna præstiti iuramenti, & tandē facta diligenti examinatione ante lapsum dictorum quindecim dierū procedatur ad electionem

nem, nisi duabus partibus collegialium visum fuerit prouisionem ipsius
præbendæ esse differendam ex aliqua rationabili causa, q̄ si cessante prædi-
cta causa in præfatis quindecim diebus Rector fuerit negligens in conuo-
cando claustrum ad præfatam electionem faciendam, tunc quilibet collegialiũ
possit requirere Rectorem, qui si requisitus infra triduum post ipsam ad-
monitionem claustrum ad electionem non conuocauerit, habeat quilibet
collegialium autoritatem tenendi claustrum ad faciendam prædictam ele-
ctionem, quã faciat cū his qui uoluerint cõuenire ad eligendum. Forma uero ser-
uanda sit, q̄ post examinationem oppositorum tam de moribus q̄ de suffi-
cientia literarũ, celebrata prius missa spiritus sancti & cõuocato claustro re-
ctor exigat iuramentũ ab omnibus & singulis collegialibus præsentibus in
claustro q̄ deũ præ oculis habentes, omni odio, amore, fauore postpositis,
eligent sufficientiorẽ, & magis idoneũ. Principaliter cõsiderantes habilita-
tem sufficientiã & honestatem, ac docilitatem ipsius eligendi. Et similiter
Rector sub eadem forma iuret quo facto & distributis cedulis, per omnes
& singulos collegiales, in quibus nomina & cognomina ipsorum opposito-
rum sint scripta seruẽtur in cæteris ea omnia & singula quæ superius dispo-
nuntur seruanda in electione Rectoris cæterũ quia in omnibus electionib⁹
elicientiũ assensus & uoluntas libera requiritur, necesse est ut subornationis
& alterius cuiuscunq; impedimẽti materia omnino tollatur, nã alias uide-
tur in Dei omnipotentis offensam & nõ modicũ ipsius collegiũ præiudiciũ,
præbendam non ex uirtutibus & sufficientia, sed per circũuentiones &
subornationes prouideri. Vnde possint exoriri q̄ plurimę contentiones at-
q; inimicitia, & multa alia pericula prouenire. Ideo ad huiusmodi incõue-
nientia uita, & ut delinquentes in præfatis electionibus in eo quod deli-
querint debite puniantur. Statuimus q̄ non liceat alicui oppositorum seu
eligendorum ante vacationem, nec post vacationem præbendæ per se, vel
per alium seu alios cuiuscunq; status, cõditionis, præminentia & dignita-
tis existant publice, vel occulte directe vel indirecte procurare preces aut
litteras cõmendatitias pro suo ingressu, nec alias per se aut per interpositam
personã, vel per litteras aut alio quouis modo collegiales sollicitare. Prohibe-
mus etiam ne quis ex collegialibus, super præstando uoto suo in huiusmo-
di electionibus uoluntatem suã alicui personę mundi, uerbis, signis, nutu aut
litteris, aut alio quouis modo aperiat, vel significet. Nec alias ipse collegia-
lis, nec quiuis alius quempiam ex eligetibus subornationibus, seu alio quo-
uis quæsito colore ad præstandum fauorem vel suffragiũ alicui ex opposito-
ribus inducat siue sollicitet, nec quid aliud de his quæ superius prohiben-
tur oppositoribus intentet, si quis autem contra præmissa, vel aliquod præ-
missorum attentare, vel cõtrariare præsumperit, si fuerit ex oppositoribus
eo ipso

eo ipso fiat inhabilis ad præbendam pro illa electione, etiam si ipso igno-
rante alius quispiam præcibus, vel literis aut alias pro ipso intercesserit, nisi
notorie constet maliciose factum fuisse, vt eligendus fieret inhabilis ad præ-
bendam. Si vero fuerit collegialis etiam si sit regens, vel quæuis alia perso-
na collegij ipso facto expellatur à collegio: sed si fuerit regens extra collegiū
degens priuetur sua regentia. Si autē fuerit scholaris de vniuersitate quicū-
q; ille sit, priuetur omnibus & singulis præuilegijs ipsius vniuersitatis & ex-
pellatur ab eadē, & si fuerit extraneus ipso facto sententiā excōmunicatio-
nis incurrat à qua nō possit absolui nisi per Rectorē & satisfactione præmif-
sa: quas omnes & singulas pænas volumus extēdi cōtra subornantes, in qui-
buscūq; alijs electionibus, in his nostris constitutionibus cōtēntis.

*¶ De qualitate eligendorum ad præbendas, & cursibus per eos necessario
faciendis, & de tempore quo permanebunt in Collegio. VII.*

Sed quia in qualitate eligendorū ad præbendas nostri collegij, tota ipsius
collegij tā qualitas & fructus literarū consistit. Volumus q̄ admittendus
ad præbendas nostri collegij attingat saltim vicefimū annū, & quod audie-
rit iam summulas ita q̄ sit cōpetenter logicus, & quod sit adeo pauper vt
tēpore electionis nō habeat in redditibus annuis, in beneficio aut patrimo-
nio, vel alias vltra viginti quinque florēnos auri de Aragonia. In quorum nu-
mero nolumus cōputari salariū lecturæ, aut cathedræ, quā in eodē nro col-
legio forsam habeat eligēdus. Nec excludāt quēquā à sua iam obtenta præ-
bēda redditus quicūq; post sui receptionē vndecūq; sibi proueniētes. Itē q̄
admittēdus nō sit magister in theologia, nisi talis magister fuerit regēs in ar-
tibus vel in theologia aut tūc forsam eligeretur ad regentiā simul & ad præ-
bendā. Itē q̄ nō sit principaliter canonista seu medicus, nec durante tēpore
sue præbendæ, eisdē facultatibus possit dare operā, ne nro frustreretur pro-
posito, qui præfatū collegiū vt in eo artiū & sacrę theologiæ studia præcipue
florerēt fundare curauimus, liceat tamē cuiq; eorū postq̄ baccalauriatus for-
mati gradū in theologia adeptus fuerit, iuri canonico intercisis horis dare
operā, sed nō semper nec principaliter vt dictū est. Et volumus q̄ tā electus
ad præbendam, quam ad capellaniam maiorem, vel maiorem sacristam,
seu ad capellaniam, minorem teneatur suis temporibus facere suos cur-
sus & act⁹ in sua facultate & in eis procedere, & lecturas ad cursum theolo-
gicū requisitas, hoc est sentētiarū & bibliæ publicæ & vtiliter legere, & oēs
grad⁹ recipere, alioquī, si aliq̄s trāfacto tēpore in quo iuxta tenorē nrarū cō-
stitutionū poterat facere aliquē actū, vel cōsequi gradū, nō fecerit huiusmodi
actum, aut cōsequutus fuerit gradum, eo ipso vacet eius præbenda. Per hoc

A 5. tamen

tamen non intendimus ad gradum licentiæ, nec magisterij in artibus, aut doctoratus seu magisterij in theologia, aliquem obligare, possint tamē Rector & consiliarj, prefatis duodecim capellanis prorogare tempus nostrarum constitutionum ad faciendum suos actus, propter assidua impedimenta, quæ circa sua officia possint occurrere super: quo illorum conscientias oneramus, ne ultra quàm opus sit tempus in eis prorogēt. Item ad euitandas frequentes propinquorum visitationes, & vt perpetuæ paci & tranquillitati collegialium consulatur, ac omnium factionum seditionumq; futurarum, perpetua tollatur occasio. Id circo volumus quod nemo ex domiciliarj sine incolis, huius nostri oppidi de Alcala possit eligi in collegiale, vel capellanum nostri collegij, licet alias tam ad regetias quàm ad alia quæcunq; officia vniuersitatis possit eligi, & gaudere omnibus & singulis preuilegijs ipsius vniuersitatis sicut ceteri quicumque de eadem vniuersitate, sed nec in simul eligantur in collegiales duo aut plures consanguinei intra secundum consanguinitatis gradum, aut eiusdem loci, vel ciuitatis, quod si per errorem fieri contigerit electio secundi eorum sit nulla, Præterea nullus qui sibi mulierem desponsauerit, vel aliquam religionem professus fuerit admittatur ad præbendam, sed nec recipiatur in familiarem, quod si alicui probatum fuerit matrimonium contraxisse, vel aliquam sibi desponsasse, ante vel post sui receptionem aut ante receptionem professum iam fuisse religionem statim expellatur à collegio. Et insuper pro quolibet anno quo post aliquod istorum impedimentorum permansit in præbenda, cogatur soluere octoginta florennos. In eligendis vero his qui ad præbendas apti videbuntur eligentium conscientias oneramus, vt in conferendis dandisq; votis siue suffragijs, habeant respectum ad qualitates personarum, sequenti ordine seruato. Scilicet quod ceteris paribus præferat oppositorem capellanum nostri collegij, deinde portionistam postea cameristam, consequenter focium, & ultimo extraneum à collegio sed inter extraneos præferat diocesenum & inter diocesanos habiliorē & magis idoneum (vt præfertur) & inter non diocesanos præeligat Castellanum. Electus vero ad præbendam habeat ius manendi in illa per octo annos continuos nisi propter aliquam causam in prædictis, aut his infra scriptis constitutionibus contentam perdidit suum ius ad præbendam. Quibus finitis nullatenus possit iterum eligi, prouideaturq; singulis collegialibus & capellanis tempore quo permanserint in collegio cameris cum suis clauibus, victu, & vestuario prout inferius designabitur, & de medico, & medicinis, candelis, tonsore, lotrice, lectulis ligneis cum suis funibus, mensa, subselio & scano. Lectulos vero cum suis funibus, mensam subselium, & scannum, prædicta cum clauē camera teneantur collegiales & capellani prædicti, & quæcunq; alia personæ, quibus de his collegium prouiderit sana & integra præfato collegio ante recessum ab

codem

eodē restituere. Prouideamus tamē ne in lectulis aut alibi in collegio, liceat alicui personæ habere stipulas, vt ignis periculo, & alijs incōmodis obuicē.

*De habitu & honestate Collegialium & de euitandis quibusdam
musicis instrumentis & ludis. VIII.*

ORdinamus insuper, q̄ omnes Rector & capellani & collegiales recipiāt à collegio per singulos annos in prima dominica aduentus singulas vestes videlicet clamidem cū caputio panni de buriel de Aragoni pretij vnus florēni ad summum præterq̄ capellani minores quorū singulis per bienniū tantummodo clamis cum caputio conferatur: ita vt in prima dominica aduentus immediate post suum ingressum in collegio tradatur eis præfata clamis cū caputio, & deinceps à prædicta dominica computetur huiusmodi bienniū. & nisi decurso die prædictæ dominicæ aduētus nullo modo possit collegialibus, aut capellanis, siue antiquis siue nouiter receptis quocūq; tēpore recipiantur tradi præfatū vestuarium. Volumus etiā q̄ huiusmodi vestuariū nullatenus possit assignari in pecunijs: nisi his tantūmodo qui per duos vel tres mēses ante festum. S. Lucæ ad prebendā seu capellaniā fuerint admissi, & nouā vestē suis pecunijs emerint & in his similiter qui infra tres menses post festū sancti Lucæ completur tempus suæ præbendæ, seu capellaniæ & tunc etiā pecunia nō possit tradi nisi transacta prædicta dominica aduentus tradatur pro præfata clamide & caputio ad summum eum in pecunia ex dictis causis fuerit soluendū quantitas septē florennorū & non amplius. Prohibemus etiam ne alicui tradatur vestuarium in panno nisi facta vestis. Sit autem præfata clamis formæ clericalis honestæ nō nimia longitudine, aut breuitate notanda & prouideat quilibet rector tēpore conueniēti de pannis necessarijs pro vestibus supradictis in quibus distribuendis seruetur ordo sessionū in refectorio. Et prohibemus omnino, ne quis prædictorum sine habitu & socio aliquo ex supra dicto possit extra collegiū exire, & tunc de expressa licentia rectoris, tā pro se, q̄ pro socio, quem sibi assignauerit, quam licentiam rector non possit cōcedere nisi pro illa vice dumtaxat, ita q̄ quoties oportuerit aliquem ex supra dictis exire à collegio: toties teneatur petere & obtinere prædictam licentiam, si quis vero cōtra præmissa vel aliquod præmissorū venerit, pro prima vice priuetur portione vnus diej, pro secunda vero mulctetur portione vnus hebdomadæ, pro tertia autem priuetur portione vnus mensis. Et si vltra tres vices in qualibet rectoria in hoc deliquerit, soluat æstimationem vestuarj illius anni: sed si appareat pertinaciter, vel in contemptum fecisse expellatur à Collegio nunquam amplius in eodem admittendus. Omnes ergo & singuli

guli in capellanos, aut collegiales recepti de nouo teneantur infra mensem
sux receptionis cæteris collegialibus in habitu se conformare. Et prohibe-
mus, ne aliquis prædictorum intra Collegium possit incedere sine clamide
prædicta, vel saltem talari toga distincta, quæ vulgo dicitur toga vique ad
medietatem clausa, admodum illarum quibus intra ecclesias vtuntur cano-
nici nostræ sanctæ Toletanæ ecclesiæ, sub pœna priuationis portionis vnus
hebdomadæ. Volumus insuper quòd omnes, & singuli supradicti, nec bar-
bam nutriant nec comam, sed sint conformes honestis sacerdotibus. Nulli
etiam prædictorum liceat extra Collegium prandere in oppido aut cenare
sine expressa licentia rectoris, quam ipse difficilime præstabit: & non nisi
honestâ aliqua, & rationabili causa interuenienti. Qui autem contrarium
fecerit puniatur graui ter arbitrio rectoris & consiliariorum. Nullus insu-
per ex omnibus, & singulis supradictis, ac alijs quibuscunque intra collegiũ
commorantibus, audeat intra, vel extra ipsum arma portare: nec illa in suis
cameris habere: sub pœna priuationis ordinariæ portionis per mensem, & à
missionis armorum. caueant etiam ab omni seditione, murmuratione, &
scandalo, maximè in refectorio. Qui autem in hoc deliquerit puniatur per
Rectorem acriter, attendente qualitate personæ & alijs circumstantijs. Omnes
autè ludos alearũ, chartarũ, taxillorũ, ac omnia genera instrumetorũ musi-
corum in nro Collegio strictissime prohibemus, præter monachordiũ, aut
clauicimbanum, dum tamè in his nõ nimis se occupet, nec etiã alios impe-
diat. Permittimus tamè, q̄ in diebus festis post prædiũ, & de expressa licetia
Rectoris, regetes, & Collegiales, ac aliĩ intra Collegiũ habitates, inter se, vel
cũ scholaribus dumtaxat possint se exercere in aliquibus ludis honestis, vi-
delicet, pilæ, saxi, ferri, ac alijs huiusmodi corporalib⁹ exercitijs, dum tamè
lectiones, & alia exercitamenta, si qua illis diebus fieri deberet, nullaten⁹ im-
pediatur, & q̄ in inferiori parte domus, scilicet q̄ in aliquo cõpluio & lo-
co vbi ab extraneis videri nõ possint ad ludẽdum secedat. Et Rector hæc li-
centiã nõ facile cõcedat, sed cũ propter subleuãdos labores huiusmodi ho-
nestas recreationes viderit ipse cõcedendas. Si quis autè præfatos ludos pro-
hibitos cõtra nr̄am constitutionem exercere præsumpserit, pro prima vice
priuetur portione vnus mēsis, pro secũda vero soluat estimationẽ vestuarĩĩ
illius anni, pro tertia autè expellatur à Collegio. Qui vero alijs instrumetis
musicis q̄ supra præmissis vti attetauerit, p̄ prima vice priuetur portione
vni⁹ diei, pro secũda autè priuetur portione vnus hebdomadæ, pro tertia ve-
ro priuetur portione vnus mēsis. Ceterũ prohibemus ne vnq̄ adit⁹ aliquis seu
ingressus mulierũ ad Collegiũ permittatur, nisi de licetia Rectoris, quã nõ
præstet nisi attendente qualitate, & dignitate personæ, & ex iusta causa. Et tunc
assignet aliquam honestã personam quæ ædificia illius collegij ostendat.

De electione Capellanorum & eorum officio & qualitate, & quanto tempore permanebunt in Collegio. I X.

Cum superius decreuerimus & ordinauerimus q̄ in præfato nostro Collegio sint duodecim capellani. Quorum duo sint capellani maiores & vnus sacrista maior & nouem capellani minores. Ideo statuimus & ordinamus q̄ eligendus in capellanū sit sacerdos secularis vita & morib⁹ honestissimus, in ministerio altaris & cæteris diuinis officijs habitis & bene instructus, ad quod debet principaliter intēdere electores, sit etiā in literis medio criter introductus, nec eligatur nisi ad minus sit summulista. In electione vero alicuius in capellanū, procedatur vt in electione admittendorū ad præbēdas. Manebit autē quilibet capellanus in collegio per quadrienniū tātūmodo à die suę receptiōis, finito tamē dicto quadriennio poterit prorogari præfatū tēpus per alios quator annos nō vltra, & hoc interueniēte cōsensu duarū partiū claustrī ad minus. Prorogato vero tēpore quadriennio, nō cēseatur vacasse dicta capellania. Quòd si duæ partes nō consenserint in eius prorogatione, statim vacet eius capellania, in cuius prouisione procedatur sicut superius dispositū est. Ad quā seu ad aliā capellaniā seu præbēdam sic exclusus nullatenus admittatur. Et volumus nihilominus q̄ quilibet eorū durāte tēpore cuiuslibet quadriennij possit expelli per collegiū, dum tamē duę partes claustrī in id cōueniant. Capellanorū autē vestes sint omnino cōformes vestib⁹ præbēdatorū, quas à collegio sicut superius dispositū est p̄cipiāt. Capellani vero prædicti vt meli⁹ possint in diuinis officijs & alijs quæ eis incūbunt insudare, nō habeant in claustro vocē, & duo capellani maiores & sacrista maior nullaten⁹ eligātur ad aliqua officia aut onera collegij, præterq̄ ad ea quæ in nr̄is cōstitutionibus obligātur, teneanturq; duo capellani maiores singuli per suas hebdomadas quotidie celebrare missam diei cū cātu summo diluculo, vel alia hora arbitrio capellæ in altari maiori, cui omnes & singuli collegiales, capellani, portionistæ & cameristæ, & socij sub pœna priuationis vini, tam in missa q̄ in alijs horis, & officijs diuinis ad quæ obligātur, & cū omni silērio interesse teneatur. Sed secūda feria cuiuslibet hebdomadæ dicatur missa defunctorū, & die sabbati missa beatissime virginis, quibus dieb⁹ nihilomin⁹ dicatur missa diei sub missa voce. Capellanus etiā hebdomadarius teneatur mēsam rectorij in principio prædij & cœnæ benedicere, & gratias deo agere in fine cui benedictioni qui nō interfuerit simili modo priuet vino ad mēsam pro illa vice teneatur præterea idē capellan⁹ ebdomadarius, ministrare sacramēta necessaria omnib⁹ & singulis, habitatibus in collegio tanq̄ proprijs parrochianis, ad quod tenore præsentium autoritate nostra ordinaria, & apostolica nobis concessa ac prout,

melius

melius possumus licentiam impartimur, pariter & facultatem. Teneantur etiam omnes capellani singulis diebus dominicis & festiuis qui coluntur à clero & populo in eadem ecclesia ante missam maiorem decantare primam & tertiam, vel tertiam & sextam, & conuenienti tempore secundas vesperras eiusdem diei dicere, & reliquis omnibus diebus etiam non festiuis teneantur dicere primam vel tertiam ante missam vel sextam post missam & in crepusculo noctis completorium immediate ante antiphonam beatae virginis videlicet Salve regina, & ante antiphonam Regina caeli suo tempore dicendam, ita scilicet quod finita antiphona statim pulletur ad salutationem angelicam, & insuper praefati nouem capellani minores teneantur intendere tam circa ministerium altaris quam circa seruitium domus cum officialibus & aliis personis prout à Rectore & consiliarijs fuerint deputati, sicut superius dispositum est. Teneantur etiam pauperibus distribuere portiones post prandium & cenam & habere curam omnium infirmorum qui fuerint intra Collegium, & sollicitare medicos & agrotantium seruitores, ut melius infirmis de omnibus necessarijs provideatur, prout per rectorem singulis capellanis minoribus iniungitur, eligatur etiam singulis annis per Rectorem & consiliarios vnus ex praefatis noue capellanis minoribus, qui recipiat à Rectore & consiliarijs & thesaurario frumentum & pecunias collegijs pauperum scholarium secundum ordinem per nos designandum distribuendas: quorum ratione eisdem reddere teneantur. Ad officium vero sacristae maioris pertineat custodia ornamentorum ecclesiasticorum, & sacrorum vasorum, quae per Rectorem & consiliarios pro diuino officio celebrando sibi tradentur. Sit etiam sollicitus in omni ornatu ecclesiae, praesertim circa munditiam ornamentorum & luminariorum, necnon formas hostiarum, & vinum, & candelas cereas, & reliqua necessaria praeparet ad missas celebrandas. Ita quod capellani, & reliqui qui in ecclesia sancti Illesonsi celebrauerint, summo diluculo celebrare possint. Teneantur praeterea providere omnia necessaria ad diuinum officium, ita quod nihil eorum quibus opus est, ad celebrationem missarum & aliorum diuinorum officiorum opportuno tempore desint, habeatque praefatus sacrista maior duos ex minoribus capellanis, qui in omnibus quae ad eius officium spectant de mandato & arbitrio rectoris eum coadiuuare teneantur. Recipiantque Rector & consiliarij à praefato sacrista maiore sufficientem cautionem pro administratione sui officij, & securitate & indénitate eorum quae sibi tradentur.

¶ De absentia Collegialium & Capellanorum. X.

Volumus etiam, quod si aliquis ex praebendatis vel capellanis voluerit à collegio se absentare, habeat duos menses petita personaliter licentia à Rectore, quam teneatur ei concedere, nisi ex aliqua iusta causa Rectori videretur

videretur esse negandam licentiam aut differendam vnde volumus q̄ per integrum diem ante discessum suum teneatur quilibet capellanus vel præbendatus petere licentiam prædictā: sed si ingruat talis necessitas discedēdi, q̄ propter moram vnus diei immineret aliquod periculum, tunc teneatur Rector petitā licentiam, statim concedere, facta sibi fide de præfata necessitate, saltem per iuramentum petentis. Sed nulli ex capellanis vel præbendatis liceat à collegio discedere, quin dimittat fideiussorē pro debitis si in aliquibus, Collegio fuerit obligatus: nec possit diutius abesse nisi ex vrgenti causa, & tunc teneatur per se tempore sui discessus vel post per procuratorem sui petere licentiam à Rectore & Consiliaris & explicare causam suæ absentia, & iurare eam esse verā, & si Rectori & Consiliaris visum fuerit prorogandum ei esse terminum, prorogetur: dū modo nō possit vltra alios duos menses ei concedere. Sed si in concessione huiusmodi licentię Rector cū vno cōsiliario dissentiat ab alijs duobus consiliarijs præualeat pars Rectoris. Si vero tres ab vno dissentiant præualeat sententia trium, & hoc sit regula generalis in omnibus negocijs decidēdis per Rectore & cōsiliarios. Quo secūdo elapso termino si ad huc nō redierit capellanus vel collegialis absens perdat præbendā vel capellaniam, quia nolumus q̄ in tēpo re vnus rectorię aliquis possit vltra quatuor menses cōtinuos, vel interpositim abesse. Et qui in vna rectoria nō acceperit integros quatuor menses nō possit residuū accipere in alia, liceat tamē licentiam inceptam in vna rectoria, continuare in aliā, Dum tamē cōputentur ei in quatuor mēsis se quētis rectoriæ. Si quis vero propter absentia vel aliā causam priuatus fuerit præbēda, vel capellania nō admittatur amplius ad oppositionē quia nolumus q̄ semel expulsus à præbēda vel capellania amplius ad eā admittatur. verumtamē si absens detineatur graui infirmitate, vel in carceribus sine culpa sua nō perdat collegiū, de quo impedimento, teneatur monstrare autenticū instrumentum notarij, cū tribus vel quatuor testibus adiuratis coram iudice, quorum testium, vnus sit medicus, si infirmitate detētus fuerit. Elapsis vero dictis quatuor mensibus nō pronuntietur statim absentis præbendā vacare, sed expectetur per quindecim dies vt possit ostēdere impedimentum carceris, vel infirmitatis, vt dictum est. Reputetur autem in hoc casu, & in similibus, quilibet mensis habere triginta dies, ad tollēdam insuper ambiguitatem. Ordinamus, quòd cum datur alicui licentia abeundi scribatur in libro absentiarum, notando diem, & personam, vel personas à quibus obtinuit licentiam, qui etiam, in eodem libro se subscribant, & hic liber sit penes Rectorem, & similiter Rector teneatur facere, scribere absentias illorum qui ob infirmitatem, vel aliam causam abfuerint à refectorio, & si præfata personæ fuerint intra domum

necnon

necnon absentias illorum qui pro negocijs domus abfuerint, quod totum per se, vel per aliquem ex capellanis minoribus, quę ad hoc duxerit eligendum omnino adimplere teneatur. Nec prius Rector concedat alicui licentiam abeundi extra oppidum quam is cui est concedenda presentauerit Rectori cedulam dispensatoris maioris, per quam constet quod in suo libro scripserit diem recessus illius qui vult obtinere licentiam. Alioquin si in premissis, vel aliquo premissorum Rector repertus fuerit negligens, vel culpabilis ultra damna & interesse collegij, ad quę omnino teneatur, pro prima vice puniatur pena duorum florennorū, pro secunda dupliciter, pro tertia priuetur vestuario illius anni. Et volumus quod isti quatuor menses & totum tempus absentię iusti impedimenti sicut premissum est, computetur prebendato in termino octo annorū quos habeat ad permanēdū in collegio.

De missione prebendatorum extra collegium. II.

Statuimus insuper, quod si pro negocijs Collegij opus sit mittere aliquem prebendatum vel capellanum de minoribus extra collegium, teneatur Rector conuocare claustrum, in quo claustro electus ad huiusmodi negotia, teneatur acceptare legationem etiam si ad Romanam curiam mittatur, sub pena expulsionis a collegio. Postquam vero acceptauerit legationem teneatur collegium providere ei de pecunijs necessarijs ad victum, & de iumento, & famulo & ceteris quę occurrerint providēda, ita quod expensę quotidiane taxentur ei hoc modo. Quod si mittendus debeat gerere negotia domus intra regnum, non possit ei assignari nisi vsque ad tres argenteos ad summum pro quolibet die, preterquam in curia, vbi poterit assignari vsque ad quatuor, si vero mittatur ad curiam Romanam, aut ad aliū locum extra regnum, tunc possit ei dari ad summum vsque ad quinque argenteos pro quolibet die, dum modo ubicunque steterit habeat iumentum & famulum & infra prefas summas possint Rector, & consiliarij taxare quotidianas expensas habito respectu ad abundantiam temporis & qualitatem loci quo mittitur, nec ei ultra summam taxatam aliquid recipiatur in computum. Quod si aliquando minores expensas fecerit, teneatur residuū reddere collegio super quo eius conscientiam oneramus. & totum illud tempus suę absentię pro gerendis huiusmodi negotijs non computetur ei in loco absentię suorum quatuor mensium, quos habet per annum, nec computetur in tempore octo annorū. Et vt fraus omnino in huiusmodi missionibus euitetur, Volumus quod rector vel aliquis ex consiliarijs ad hoc non eligantur, nisi duabus partibus collegialium videretur per aliquē ex eis vtilius & honorificentius, quàm per aliquem alium posse ipsius collegij

legij & vniuersitatis negotia procurari, Et ad tales vsus volumus q̄ collegium habeat vnā mulam, siue honestum iumentum cuius curam gerat vnus ex familiaribus, et vt pro negotijs domus cum necesse fuerit nō desit, prohibemus omnino quòd nec Rector, nec totum claustrum, præfatum iumentum, vel mulam, collegialibus, nec alicui personæ mundi possit commodare. Sed dūtaxat absq; aliqua fraude & dolo, pro negotijs ipsum collegium solummodo concernentibus eo vtantur, quicunq; vero contrarium fecerint, vltra omnimodam satisfactionem damni & interesse ad quā omnino teneantur, eo ipso perdat vestuarium illius anni, vel eius extimationem quoties contrauerit.

¶ *De electione Familiarium.* XII.

STatuim⁹ etiā, quòd cum vacauerit locus alicuius familiaris eligatur alius in familiarem ad votum omnium Collegialium. Modus autem eligendi sit per cedulae præcedenti diligenti informatione, inter ipsos Collegiales super vita & moribus eligendi. Et ille habeat pro electo qui plura vota habuerit, Sed si duo aut plures equalia vota habuerint, tum sorte dirimatur, Qui autem repertus fuerit literas cōmendatitias vel preces pro suo ingressu procurasse, eo ipso efficiatur inhabilis talis oppositor ad familiaratum pro illa vice. Locus vero & tempus istius electionis, relinquatur arbitrio Rectoris, dummodo futuri familiaris electio vltra octo dies non differatur, nisi de consensu claustrum propter aliquam rationabilem causam. Familiaris autem nō possit permanere in familiaratu vltra duos annos præcisse, quibus finitis vacabit locus ipsius, sed poterit iterum se opponere, nō tamen admittatur, nisi ex consensu duarum partium claustrum: familiarium absentia sit ad arbitrium Rectoris, dummodo vltra duos menses non differatur tēpus ipsius absentia quolibet anno, siue simul, siue interpolatim, quam licentiam non concedat Rector, nisi pro causa iusta & honesta. Finitis verò præfatis duobus mensibus, familiaris adhuc absens perdat locum suum in collegio. Hi autem familiares erunt subiecti Rectori, adeò vt etiā ad propria negotia possit illis vti in hoc oppido. Et quodocunq; Rector extra collegiū, & intra ambitum loci exierit possit secū ducere vnum familiarem vltra socium præbendam vel capellanum. Quilibet istorum familiarium poterit expelli à collegio per Rectorem quando viderit expedire, etiam si nullum delictum cōmiserit, dummodo fiat de consensu Consiliariorum & non alias. Si tamen repertus fuerit aliquod crimen vel delictū cōmisisse expellatur à collegio. In leuibus autē poterit Rector, citra poenā expulsionis pro arbitrio suo ipsum castigare vel punire omni prorsus appellacione